

(Quartum correlarium)

Quinto quod quia^{a)} ipse est in^{b)} illa celesti Jherusalem, ubi Christus ac alii beati sunt, quod eciam iam ipse sit beatus secundum interiorem hominem.

(Quintum correlarium)

Sexto quod sicut Christum et beatos^{c)} adoramus, ut orent pro nobis, ita et debemus ipsum adorare, quia ipse sit iam unus ex illis.

(Sextum correlarium)

Septimo quod quia ipse iam^{d)} est unus ex beatis ita, quod^{e)} videat deum secundum interiorem hominem, sicut^{f)} et alii beati vident eum.

(Circa octavam^{g)} materiam, que est de ecclesia)

Circa octavam materiam, que est de ecclesia, fatetur primo^{h)}, quod est duplex ecclesia: una que est sursum, et illa estⁱ⁾ vera ecclesia catholica. Alia que est infra, quam nos vocamus ecclesiam seu christianitatem. Asserit igitur^{k)} primo, quod ipse non est de ecclesia, que est in hoc mundo, quam nos sic appellamus, sed est de illa superiori.

Secundo quod tota ecclesia inferior est dampnata et heretica, quia non credit, quod^{l)} ipse credit.

Tercio ipse non tenet illos pro hereticis, quos ista ecclesia tenet pro hereticis sicut ipsum et sibi similes.

Quarto quod ipse ideo non sit de inferiori ecclesia, quia illa tenet iudeos, paganos et hereticos esse incredulos, ipse vero non tenet eos incredulos neque dampnandos. Racio sua est, quia ipse tenet, quod omnes illi baptizati sunt baptismo sancti spiritus vel^{m)} saltem baptizabuntur.

Quinto dicit, quod ipse non tenet illud baptisma, quod nos tenemus, quiaⁿ⁾ illud non sit de necessitate salutis, sed sufficit baptisma^{o)} flaminis ad salutem.

In K folgt: Pro condempnacione predictorum adduco Clementinam De hereticis Ad nostrum, ubi papa Clemens cum concilio generali quinque articulos condempnat, quos tunc reperit inter Lolhardos et Beginas. Primus est ... (*folgen Art. 1—3, 6 und 8, dann fol. 4 ff. Kalt-eisens Widerlegungs-Schrift* Contra articulos prefatos.

^{a)} quia *fehlt R* ^{b)} est in *fehlt K* ^{c)} sanctos *R* ^{d)} iam *fehlt R*
^{e)} *statt* ita quod: quia *R* ^{f)} sic *R* ^{g)} Nona mat. de eccl. *R* ^{h)} *statt*
 Circa ... primo: Primo fatetur *R* ⁱ⁾ et illa est *fehlt R* ^{k)} ipse *R*; *folgt*
 in *K* ^{l)} que *R* ^{m)} velle *K* ⁿ⁾ quod *R* ^{o)} baptismus *R*.